

Io. Francisci Marliani Mediolanensis : Magnifici Anto-
nij filij: Illustrissimi Ducis Mediolani legari: oratio habi-
ta apud Innocentium Octauū Pontificem maximū: Anno
dñi. M. cccc. lxxxv. tertio calendas quintiles.

Ulla est respub. nullus princeps: nulla christiano-
rum natio: nullus bene viuendi institutis deditus: San-
ctissime et maxime pontifex: qui non sumo et incredi-
bi- li prope gaudio sit perfusus: reddito sibi de pontificatus tui di-
gnitate gratissimo et iucundissimo nūcio. Existimat enim vnus-
quisq; deum optimū maximū vniuersi orbis paci et tranquillū-
tati consuluisse: cum te ducem delegerit: qui nō secus ac lumen
celitus emissum cuncta eius nutu in terris modereris et guber-
nes. Existimat inquam tunc virtutibus omnibus: sed in primis
iusticie: que rerum omniū est fundamentum/locū fore: cum tu
apud nos omnia soluturus sis et dissoluturus: in quo tāta est
religio: tam excellens bonitas: tam admirabilis sapientia: tam
egregia gerendis in rebus solertia: tanta deniq; virtutū omni-
um obseruantia: ut nihil nō modo agere: sed ne meditari qui-
dem possis quod nō rectum sit et prudens/omniq; ex parte ma-
gnanimū. Quo fit ut sibi oēs persuadeant donec vixeris per-
petua eos semp quiete atq; animi tranquillitate fruituros. Id
circo doluerunt vehementer aduersam valitudinem tuam: in-
quam hoc tui pontificatus initio incidisti. Nunc aut sumopere
gaudent: q̄ existiment fore: ut diuina prouidentia ea tibi iam
iam restituatur: et ita restituatur: ut p̄culdubio sit sperandū te
per longa tempora bene valiturū. Verū cum alij omnes leten-
tur: tanta est voluptas quam animo suo cōcepit magnanimus
et Illustrissimus Jo. Galeatius princeps noster: tibiq; fili? ob-
sequentissimus: ut hoc vno se felicem beatumq; existimet: q̄ eo
in viuis agente id sibi contigerit: ut te summū pontificem: te
christi vicarium: te Petri successorem agnosceret: in cui? vlnis
requiesceret: cui se suaq; omnia dederet: queq; non secus ac in

mortalē deum adoraret: coleret: veneraret: et obseruaret. Quare hoc maximū et incomparabile gaudium pontificatus tui sentiens: ut nihil sibi deesset ad ingentis letitię cumulū: optasset sumopere te presens presentē intueri: sacrosq; pedes tuos et amplecti et exoculari: ut clarissimo omnibus cōprobaret argumento: quod maioribus suis vi quadam nature insitū fuit: ut sedis apostolicę decus ac dignitatem tuerentur: id eum in omne eū seruaturum. Quod cum per etatem ut tu optime nosti et negotiorum variā ac multiplicem curam: quam cōtinuo pro status sui regimine sustinet: sibi in presens integrum nō fuerit: nobis oratoribus suis mandauit: ut te eius nomine uiseremus: salutaremus: simulq; in verum pontificē susciperemus. Mibi autē qui p legatiōis officio apud te sum oraturus sentio graue admodum et difficile onus esse iniunctū. Nam p̄ter quod de tuis diuinis laudibus dicturus sim: quę eum oratorem expeterēt quem vere eloquentem possemus appellare. quippe qui dicēdi copia: orationis grauitate: et sermonis iucunditate valeret: quę oīa erigua in me esse intelligo: Sitq; p̄terea ab his qui ante me dixerunt tanta cum elegantia et venustate peroratū: ut paruum mibi dicendi copiam reliquerint: video tantā esse vultus tui venerationem: tantā corporis proceritatem: tantum oculorum radiantem splendorem: tantā deniq; in te esse maiestatem: ut cum te intueor: idem mibi vsu euenire animaduertā: quod illis accidit qui oculoꝝ aciem in radios solares intendūt. quoniam fixius eos nitunt̄ aspicere: eo minus vident. Quare non possum nō vereri ne idē mibi accidat: quod Theophrasto philosopho disertissimo accidisse ferunt. qui cum pauca admodū verba apud Alexandrū regem esset facturus: tanta est affectus verecundia: ut nihil omnino eloqui potuerit. Quo euentu vsos etiam audio et Demosthenem apud Philippum Macedonū regem: Alexandriq; patrem: et Ciceronem apud iudices in causa Milioniana: duo quidem eloquentię sydera lucidissima. Quę omnia etsi me maxime terrere debuerant: mutumq; omnino et

elinguem reddere: eam tñ intelligo esse humanitatē tuā : eam
mansuetudinem: eam facilitatem: ut quę direro etiā si min⁹ cu
mulatissimis laudibus tuis satifecero: ea omnia in bonam sis
partem accepturus: potiusq; mittentis animū: q̄ loquētis per
sonam consideraturus. Quid igitur primū de te laudem: qui
nullius omnino sis inops laudationis! Non enim mediocria
sunt bona quibus te uel immortalis deus: uel natura ipsa: uel in
dustria exercitatioq; tua te vnū ex alijs omnibus nostre tempe
statis uiris maximis ostendit illustrem. Nam ut ab in cunabu
lis (ut aiunt) incipiam: tu Genua es oriundus: quę adiacens
mari ea in Italia est ciuitas: quā situs pulchritudine ⁊ magni
tudine: rerum omniū quę terra mariq; aduehuntur opulentia:
temploꝝ ⁊ edificiorum amplitudine: oręq; ⁊ quę ad orientem ⁊
quę ad occidentem spectat uertate ⁊ amenitate: non imerito
multoꝝ regum sedem: ut de Cyprio insula legimus: possumus
appellare. Quantum aut antiquitate inter reliquas Italię vr
bes excellat: testes sunt grauissimi ⁊ locupletissimi Plini⁹ Ro
męcomensis: ⁊ Strabo: duo cosmographoꝝ principes. Tu ab
eis parētibus originem ducis: qui generis nobilitate ⁊ rerum
gestarum gloria adeo clarent: ut facile inter Genuensiu prima
rios possint numerari. Tanta p̄terea est corporis tui pulchri
tudo: tanta membroꝝ omniū compactio: tam formosa vultus
tui liniamenta: ut de te idem dici possit: quod de Priamo ceci
nit Euripides Tragicus poeta: Priami quidem species meret
imperiu. Tu aut hęc bona semper externa existimasti: ⁊ ut gre
ci dicunt: : quod idem est quod indifferentia:
idest boni ⁊ mali cōmunia. Quare ea amplex⁹ quę minime mu
tabilia sunt: sed solida ⁊ nulli fortunę subiecta tibi assidua vir
tutis exercitatione prudentiā comparasti singularem: iusticiā
admirabilem: eximiā liberalitatem: inauditāq; caritatem: quę
vna virtus Pauli apostoli sententia longe alijs omnib⁹ virtu
tibus est superior. Quid meminerim modestiā tuę uitę ⁊ inte
gritatem: in omniq; re grauitatem atq; constantiā: quę singu

la in te excellere uel lapides ipsi ⁊ cognoscunt ⁊ prædicant. Accedit ad hæc humanitas tua: facilitas: clementia: suauitas sermonis: morumq; moderatio ⁊ elegantia. Quorum omnium si dignam rationem habere uolero: non modo dies ad dicendum: sed ne annus quidem sit satis. His præclaris tuis uirtutibus pontificalis dignitatis fastigium attigisti: his illud intactum incorruptamq; seruabis: ubi etiam res eriget sumopere extolles ⁊ augebis. Quamobrem immortali in primis deo qui bonorum omnium est auctor: postmodum his Reuerendissimis patribus sedis tue cardinibus firmissimis sempiternæ ac cunctis gratiæ sunt habende: quod tu uir omni probitate excellens: moribusq; ⁊ multarum rerum experientia præstans: christiani gregis pastor constitutus sis: quem omnibus in rebus imitemur: ad cuius uitæ imaginem nos effingeremus: cuiusq; fidei ⁊ sapientiæ nostrorum omnium salus credita esset ⁊ commissa. Quod ad principem nostrum attinet ipse uel hoc uno se uobis optimi patres plurimum debere intelligit: quod eum pontificem designaueritis: quo meliorem nec prudentiorem maioreq; religionis cultu ⁊ sanctimonia præditum neq; ipse elegisset: neq; ab alijs eligi unquam posse existimasset. Quare cum uos semper maxima uirtutum gloria præstantes altosq; animo ⁊ magnificos cognouerit: nunc omnium prudentissimos iudicat: animiq; exuberantis ⁊ excelsi: qui optime consideraueritis Italicæ quieti simulq; sedis apostolicæ saluti bene consultum fore: si eum in regia ⁊ apostolica triumphante se de conspiceretis: qui ingenti sapientia sua ⁊ animi diuinitate non modo Petri nauiculam fluctibus agitari non permetteret: sed non secus ac sol aureus radios salutare per uniuersum orbem spargeret: suisq; illustribus gestis eorum qui clare uixerunt pontificum famam non modo æquaret: sed apprimè superaret. Ego indubitato mihi persuadeo pater diuinissime te imitaturum Innocentium quartum conterraneum tuum: ob cuius rerum præclare gestarum memoriã tibi nomen est Innocentio. Is uirtutibus suis quibus eum natura eiusq; studium ornauerant uiam sibi non

modo ad pontificatū : sed ad eternam quoq; gloriā parauit. Cum enim dei ecclesia viribus et acerbissimo odio Federici secundī veraretur: adeo: ut cum pōtifer maximus diem obiisset: nemoq; inueniretur qui audacissimi hostis impetū sustineret: apostolica sedes duce suo priuata: summū periculū passura videretur: dei nutu omnium cōsensu pontifer est creatus. Cum igitur vidisset Romanā ecclesiā maximis fluctibus agitari: et vndiq; ingentibus periculis circumuentā : existimans nō decere eo duce Petri nauiculam tempestatibus obui: fretus prudētia sua: qua omnibus in rebus vti solebat | occulte ingentē classē parari iussit. Qua cum Roma Genuam ad nauigasset: indeq; Lugdunū : atq; illic frequens totius occidentis cōuentus habitus esset: Federicū imperio amouit: et ita prudenter rebus suis cōsuluit: ut pontificatu ad solitum decus suū restituto: cum antea nō secus ac profugus Lugdunū applicuisset: tunc veluti triumphans et immortalī dignus gloriā Romam petierit. Tu itaq; huius exemplo ecclesiā Romanā singulari tua prudētia: continuo studio : perenni cura | ac diligentia tutaberis: defendes: in omneq; eū saluam et incolumem reddes. Nec hoc tibi difficile factū futurū existimo : tum q̄ tantę et tam imensę sint virtutes tuę: ut eis ducibus quęcūq; etiam difficillima summas cum facilitate superaturus: tum q̄ iam tibi omnia pateant: christianiq; omnes potentatus numen tuū venerentur. E quorum numero dux noster: apud quem nihil potius est uel antiquius q̄ p̄ceptis tuis parere: seq; pro apostolica sede deuouere tibi: opes suas omnes: totum exercitū: et eum quidem firmū ac munitum: seq; ipsum vbi oporteat alacri et libētī animo pollicetur. Cum enim intelligat plerosq; romanoꝝ: ut. A. Manliū Torquatū. D. Brutū. M. Attiliū Regulū: Curciū: Decios: aliosq; q̄ plures uel se uel filios p̄ salute patrię neci mandasse: inanem quandā seculi gloriā secutos: magno sibi dedecori ascribendum censeret: si ipse p̄ vera celesti gloriā felici quidem et eterna sanguinē etiam propriū nō effunderet. p̄sertim

cum optime meminerit maiores suos xp̄ianā fidē sūmo cultu ⁊
religione venerātes: id sibi iure quodā peculiari vendicasse: ut
in romanę eccl̄ię hostes felicia ac victricia signa tollerēt: eosq̄
ab omni hominū memoria penitus delerent. Cui enim: ut reli
qua omnia omittamus quę Mediolanensiuū principes pro chri
stiana repub. strēnue ⁊ p̄clare gessere: cui inquā ignotum est
⁊ diuinū illum principem Philippū Mariam Anglum: ⁊ Fran
ciscum Sphortiam ducem sapientissimū fortissimūq̄ Impera
tozem: eiusq̄ filium Galeaciū acerrimi ingenij virum: se omni
bus in rebus obeundis: assiduos sedis aplice defensores p̄sti
tisse? Quis p̄terea nō audiuit inuictissimū illum belli ducē
Sphortiam Francisci patrem pro Romanę eccl̄ię salute occu
buisse. Horum progenitoꝝ suozum vestigia proculdubio imita
turus est Illustrissimus princeps noster: ⁊ ita imitaturus: ut
profecto existimare possis eum p̄ sacrosanctę Romanę eccl̄ię
dignitate tuenda nihil vnq̄ omisurum: sed potius libentissi
me sua omnia seq̄ ipsum expositurum. Tuum aut̄ erit eum ut
filium amplecti: ad hęc dies noctesq̄ id cogitare ⁊ meditari: ut
par qua nunc totam Italiā exultantem vides firma maneat ⁊
inconcussa: quod te p̄ bonitate tua religioneq̄ ac caritate pro
culdubio effecturum omnes sibi persuadent. Quare gaudēt et
exultant: q̄ diuino consilio e celo descendens: si quę apud Ita
los odiorum sunt reliquię: eas egregijs virtutibus tuis sis ex
tincturus: simulq̄ christiani nominis hostes interempturus.
Postmodū errores nostros emēdaturus: delicta castigaturus:
hereticas opiniones antiquaturus: tyrānicos potentat̄ euer
surus: tandemq̄ aurea nobis secula redditurus. Hac igiṛ ple
ni letitia hoc imensum gaudium vultu ac gestu p̄ se ferentes
te verum Petri successorē: te pontificem dignissimū: summūq̄
christianoꝝ principem ⁊ p̄dicant ⁊ admirantur. Ad te omnes
confluūt ut sanctissimū nomen tuum adozent: te sūmis laudā
p̄conijs ad celū vsq̄ extollunt: auxilium tuū non secus ac di
uinum inuocant: omnes vno ore imortali deo gr̄as agunt sem

piternas: q̄ te virum sapientissimū summū sacerdotem ponti/
ficemq̄ designarit: simulq̄ eū quibus possunt precibus rogant
7 obsecrāt: id efficiat: ut q̄diutissime sis in viuis: quo iusticia
tua ac bonitate christiani noīs gloriā per longum possis tem/
pus 7 tueri 7 augere. Hāc eandem animi iucunditatem 7 nos
sentientes: Illustrissimi principis nostri nomine sanctissimos
pedes tuos osculamur: te adoramus: te verum patrem 7 ponti/
ficem agnoscimus. tuę sanctimonie 7 probitati sua omnia seq̄
ipsum cōmittimus: existimantes nihil ei quod non letum sit ac
felix successurum: si pro ea quā filio debes paterna pietate ipsi/
us curam gesseris: rerumq̄ suarum saluti 7 incolumitati vigi/
li oculo tuo consulueris.